

www.e-rara.ch

**Stephani de Malescot Iuriscos. ac Belarborensis Theophilologi, de
Nuptiis Liber Paradoxicus, nova & recenti methodo compositus**

Malescot, Etienne de

Basileae, 1572

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-129>

De nuptiarum divisionibus et partitionibus. Cap. II

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

DE NVPTIARVM

DIVISIONIBVS ET

partitionibus. Cap. II.

RIBVS modis apud veteres vxor habebatur, vt cum Antiquis Budæus ait, vsu, farre, & coëmpzione. Vsu vxor erat, quæ tantum viro ad so-
 bolem procreandam cohabitabat, nullis intervenientibus ceremoniis^a, neque ius successionis ab intestato habebat, quæ & concubina vocabatur, & improprie vxor dicitur. Vnde Cicero in Topicis^b duas duntaxat species vxorum facit: alteram matrem familiâs, earum quæ in manum con-
 venerunt: alteram earum quæ tantummodo vxores habentur. Gellius^c duas vxorum formas esse autumat, matronam & matrem familiâs. Matrona dicta est, quæ in matrimoniû cum viro cõvenit, & in eiusmodi manet, cui liberi nondum nati sunt, dictaque est ita à matris nomine, non iam adepto, sed cum spe & omine mox adipiscendo: vnde ipsum quoque matrimonium dicitur. Mater verò familiâs appellata est ea sola, quæ in mariti manu mancipiõque esset, quoniam non in matrimonium tantum, sed in familiam quoque mariti, & in eius

a *l. vnius.*
C. de nupt.

b *in loco à*
forma.

c *lib. 18.*
cap. 6.

eius hæredis locum venisset. Cicero iis de rebus in oratione pro Flacco iis verbis loquitur: At enim Androni Sextilio grauis iniuria facta est, & non ferenda, quòd cùm esset eius vxor Valeria intestata mortua, sic egit eam rem Flaccus, quasi ad ipsum hæreditas pertineret. in quo quid reprehēdas, scire cupio, quod falsum intenderit? qui doces? Ingenua, inquit, fuit. O' peritum hominem, quid? ab ingenuis mulieribus hæditates lege nō veniunt? In manum, inquit, convenerat. Nunc audio. Sed quæro, vtrum vsu, an coëmptione? vsu non potuit. Nihil enim potest de tutela legitima sine omnium tutorum autoritate diminui. Coëmptione? omnibus ergo auctoribus: in quibus certè Flaccum fuisse non dices. Altera species vxorum, more maiorum, farre, siue confarratione habebatur, quæ solis pontificibus cōveniebat, & farreo libo adhibito fiebat. Nam Romulus vocabat legitimam nuptiarum cōiunctionem, quæ farris communione inita erat, cibi nempe & antiquissimi & sacrosancti. Nam & eo in sacrificiis vtebantur. Aquam & ignem nuptiis postea Romanos adhibuisse, Scæuola^d ostendit, & Dionysius Halicarnasseus commemorans illa raptarum virginum Sabinarum cum Romanis iuuenibus connubia, Romulo autho-

d 67. de do nationibus inter virum & vxorem.

re, cōtracta, idem ferè testatur. Legitimas enim nuptias voluit Romulus societatem esse & communionem bonorū, inter coniuges omnium atque sacrorum. Legis Romuli verba hæc sunt: *Mulier viro legitimè iuncta, Fortunarū & sacrorum socia illi esto. Utque domus ille Dominus, ita hæc Domina.*

Quæ de sacris priuatis non tantum intelligi debet, sed etiam publicis, vt ex his quæ diximus, apparet. Tertiò, vxor habebatur coëmptione, quod certis interim solennitatibus peragebatur. Nam vir mulierem interrogabat, Vellet' ne sibi materfamiliâs esse, & illa respōdebat, Velle. Rursum mulier interrogabat, An vir sibi paterfamiliâs esse vellet? ille respondebat, Velle. Itaque mulier viri in manum conveniebat, & vocabantur nuptiæ per coëmptionē, & hæc mulier propriè materfamiliâs vocabatur, vtque in mariti manu mancipiòque esset, & non solum in matrimonium, sed in familiam quoque mariti, & in filiæ atque sui hæredis locum venisset, illa autem ab intestato succedebat. Huc respexit Vergilius ^c, quum de Augusto locutus est,

e li. 1. Geor
gicōn.

Teq; sibi generum Tethyis emat omnibus vndis:
nimirum coëmptionem significans, quæ ius bonorum invicem viro ac mulieri acquire-

quirebatur. Illa ergo verè materfamiliâs nuncupabatur. Matremfamiliâs^f accipere debemus eam, quæ non inhonestè vixit: matrem enim familiâs à cæteris fœminis mores discernunt, atque separant. Proinde nihil intererit, nupta sit, an vidua, ingenua, an libertina. Nam neque nuptiæ, neque natales faciunt matremfamiliâs, sed boni mores. Idq; & Cicero^g de patrefamiliâs scribit: Memini, inquit, vetus est, de scurra multo facilius diuitem, quàm patremfamiliâs fieri posse. Porro in manum convenire est, in viri manum tradi. Hinc an necessaria sit sponsæ deductio in mariti domum, controversi iuris, quum absq; deductione tradita marito haud appareat. Nam ideo absentem mulierem per nuncium aut epistolam nubere non posse, Pomponius ait: quia deductione opus est in domum mariti^h: & Ulpianusⁱ conditionem nubendi tunc videri impletã ait, cùm vxor ducta fuerit: item Iustinianus^k conditionem nuptiarum impleri nõ posse, nisi nuptiarum accedat ipsa festiuitas, testatur. quod de solenni deductione & pompa intelligi convenit, idque Aurelianus^l imperator satis confirmare videtur. Deductio enim fuit necessaria Iure ciuili, nec mutuus consensus sufficiebat. Solennes namque moribus olim receptæ cere-

*f l. pronun-
ciatum. de
verb. signif.*

*g in oratio-
ne pro Quin-
tio.*

*h l. mulie-
rem. de ritu
nupt.*

*i l. cum fue-
rit. de condi-
tionibus &
demonstrat.*

*k l. sancimus. C. de
nupt.*

*l l. cùm in-
te. C. de do-
nationibus
ante nupti-
as.*

*m l. Seia. de
donatio. in-
ter virū &
uxorem.*

*n c. prius
quam. 27.
quæst. 2.*

*o l. patre fu-
rioso. de his
qui sunt sui
vel. c. ad a-
postolicam.*

*de regulari-
bus. c. neque
furiosus. 33.*

*quæst. 2.
p l. si dona-
tionum. C.*

de nuptiis.

*q l. Seia. de
donat. inter
virum et u-*

*uxorem.
r c. alter.
30. quæst. 5.*

*& titulo de
clandestini-
despons.*

monia requirebantur, vt ex Iure ciuili^m & Pontificioⁿ discimus: & prohibitum est, omnes iuris solénitates omittere. Tamen multa fieri prohibentur, quæ si facta fuerint, approbantur^o. Vnde si pompæ celebritas omissa sit in nuptiis, nihilominus id matrimonij firmitati nõ obesse, ab Imperatoribus^p & Iuriscõsultis^q rescriptum est. Verumenimverò neque concubitum, neque deductionem aliúmve ritum solennem ad perficiendas nuptias iure ciuili necessarium esse, minimè concludendum est, vt fusius postea probabimus. Hodie iure pontificú benedictio sacerdotis cum sacra oblatione & precationibus adhibetur^r: quod constitutionibus quibusdam Leonis & Alexij, qui post Iustinianú Romano præfuerunt imperio, cautum fuisse, autor est Harmenopulus. Sanè veterum oblationum, quæ die nuptiarum fiebant apud priscos Christianos, meminit Tertullianus in libello de Corona militis. Cõferebatur aliquid in mensa, quæ in ecclesia tum publicè pauperibus seruiabat. Verum quidem est, omnia solennia non esse de rei natura & substantia: sed ideo inventa & introducta sunt, vt omnes legitimi actus certis signis exterioribus distinguerentur, vt in manumissionibus, & veteribus testamentis, ac antiquis actionú formulis

mulis omnibus etiam qui primoribus la-
 bris leges degustauerunt, & à limine (vt
 aiunt) Musas Iurisprudentiæ salutarũ, no-
 tum euadit. Altera diuifio matrimonij re-
 cens & planè noua fequitur. Quædã sunt
 quæ clàm fieri folent. Quædã quæ publi-
 cè celebrari confueuerunt. Clàm fieri non
 adhibitis teftibus quibus probentur nu-
 ptiæ, exiftimantur^s, quæ prohibitæ funt,
 vt ex autoritate pontificum Harmenopu-
 lus^a afferit: Nemo, inquit, clàm coronator,
 fed in præfentia plurium. Nam fi quis tale
 quid patrare aufus fuerit, punitor: sacer-
 dotem, vt qui fe indecentibus his rebus
 interpoferit, dignas pœnas fecundum ec-
 clefiasticorum canonum constitutionem
 inferente^b. Nihilominus huius conditio-
 nis matrimonia fi confenfu vtriusque par-
 tis mariti & vxoris facta effe & contracta
 dicantur, approbari folent: fed fi ex par-
 te vnus negentur, probatio incumbit
 matrimonium contractum affirmanti^c.
 Quia ei probatio incumbit qui dicit,
 non qui negat^d: alioqui probatione de-
 ficiente, reus abfoluetur^e, nec vllam de-
 fenfionem vel probationem præftare co-
 gitur^f: tamen etiam fi probari nõ poffint,
 & reuerà contracta fint, ipfo iure matrimo-
 nia funt: fed quia deficit probatio, ratione
 legis humanæ matrimonij naturam nuf-

^s c. 1. & c.
 cum inhibi-
 tio. de clan-
 dest. de spõs
 a lib. 4. tit.
 tul. 4. -
^b c. vlt. §.
 vlt. eodẽ tit.
 c. nullus. 3.
 quæftio. 5.
^c c. 1. de clã-
 dest. de spõs.
^d l. 2. de pro-
 bationibus.
^e l. qui ac-
 cufare. C. de
 edendo. l. 2.
 C. de pro-
 bat. l. vlt. C.
 de rei vend.
 c. cum eccle-
 sia. de cauf.
 proprie. &
 poffes. c. 1. vt
 ecclesiastica
 beneficia fi-
 ne diminu-
 tione confe-
 rantur.
^f l. frustra,
 & l. a flor.
 C. de pro-
 bat. c. accu-
 sator. 6. qua-
 ftio. 5.

quam assumunt, & ex eo nati liberi naturales tantum, vt ex concubina concepti, nominantur. Denique matrimonia clàm contracta dicuntur, in quibus omiffa sunt solennia, quæ decori respectu ab ecclesiâ requiruntur: quòd si omiffa & neglecta fuerint, matrimonia tamẽ à reliquis offendiculis aliena, vim habent, & approbantur: quemadmodũ cum sine cõsensu parentũ, in quorum potestate sunt, celebrantur. Vt verò nuptiæ clàm, ita & sponsalia aliquando efficiuntur: & ad eò illa prohibita, certum est, vt si perspicuis indiciis probari non possint, publica præferatur^h. Cur autem prohibeantur, notum est: quia si voluntas contrahentium fortè, vt inconstãs & leuis hominum fides mutetur, iudici non constet, an huiusmodi contractus factus fuerit, nec ne, si lis oriatur, ius reddere nusquã poterit. Publica matrimonia sunt, quæ coram testibus celebrata sunt, siue solennia omiffa sint, vel non. Sed queritur, si quis cũ vna muliere clã cũ altera publicè contraxerit, quæ nuptiæ præcedant, & reliquis præiudicio sint? Huius quæstionis dissoluendæ, & nodi enucleandi gratia distinguendum est. Aut matrimoniũ publicum, clàm factum, præcessit: & tunc præferturⁱ: aut occultè, & sine testibus contractum, tẽporis intervallis præcessit publicum:

*g c. cum in-
hibitio. de
clãdest. de
spons.*

*h c. aliter.
30. quæst. 5.*

*i c. veniẽs.
et c. si inter.
de spõsalib.
c. tenor. de
res iudicata.*

cum: quod si probari non queat, publico minimè nocet: (quãvis Hostiensis* quãdam fori pœnitentiæ exceptionem in veritatis lucem proferat, & malè, quia de iure, quo utimur, non de conscientia, cuius Deus solus scrutator, agimus) at si probeatur sequenti, publico offendiculo est, & quominus perficiatur, si nondum sit absolutum, impedit^l. Ratione legitimationis liberorum ex publico natorum, si liberi procreati sint, antequã nuptiæ clàm contractę ab ecclesia approbētur, liberis ante approbationem ecclesiæ natis, præiudicio non est, etiamsi postea diuortium sequatur^m. Quòd si post approbationem ecclesię liberi procreati sunt, matrimonium clàm factum nocet publico, & liberi ex eo concepti non legitimi censentur: quia à temporeⁿ approbationis factæ ab ecclesia matrimonium sequens, etiam publicum, nullius esse momenti declaratur. Publicarum nuptiarum quædam sub conditione, quædam purè contrahuntur. Conditiones tribus mēbris distinctæ sunt: honestæ, & quæ fieri possunt: inhonestę, & quæ fieri nusquam possunt, & honestæ, & quæ fieri nequeunt. Si conditio honesta sit, & decora, & fieri queat, aut necessaria est, aut voluntatis. Si necessaria sit, & sui natura futura, nec tamè de matrimonij sub-

*k in §. v. trū claudes-
tina. de clā
destinis de-
spons.*

*l c. quod no-
bis. de clan-
dest. despos.
c. quod no-
bis. qui filij
sint legiti-
mi.*

*m c. 2. qui sū
lij sint legi-
timi.*

*n arg à con-
trario sen-
su. c. 2. qui sū
lij sint legi-
timi.*

stantia: vt, Promitto Lucretiæ, me eam in matrimonium accepturum, si postridiè sol luceat, minimè suspendit contractum, & vt exvndans pro non adiecta sumitur^o: quia illa futura natura ipsa ita certa sunt, vt iam extare videãtur. Verùm si quis hac forma contrahendo velit promissionem suam in aliquod tempus certum, & intervallis distinctum, transferre: vt, Polliceor Corneliæ mecum legitimam nuptiarum coniunctionem, si Mars advenerit, vel sol in cancrum venerit: matrimonium, donec temporis adiecti intervalla fluxerint, suspensum intelligitur: nec, si promittens interim cum alia contraheret, nuptiæ alicuius efficaciam essent, quamvis infiniti iuris interpretes^p in contraria opinione versentur in explicatione c. super eo, de conditionibus appositis: multominus si iurandũ accesserit^q. Obligatio enim matrimonij cõtrahendi suspensa est, donec conditio extet: nisi fortè consensum cõditione munitum concubitus aut cõsensus sequutus sit: quia sequentibus tunc à conditione recessum videtur, vt in aliis formis obligationum^r. Quia verò de illis potissimum sponsalibus nuptiarum loquimur, quæ in futurum matrimonij consensum fiant, queri potest, quo temporis curriculo consensus matrimonij post contracta sponsa-

*o Hostiens.
§. quæ con-
ditio, de con-
ditionib. ap-
posit.*

*p vt Zeno
Boy.*

*q c. ex lite-
ris, de spon-
salib.*

*r c. de illis.
o. super eũ.
c. per tua. de
cõditionib.
appositis.*

sponsalia utrinque expectari Ius ciuile & Pontificium iubeant. Fieri enim posset, ut cum periculo alterius ex contrahentibus nuptiæ prorogarentur, si cuius in futurum, quo ad libitum esset, pollicitis stare permitteretur. Quare circa temporum spacia in sponsalibus hæc considerantur, ut si tempus in ipso contractu sponsaliorum adiectum effluerit, impunè liceat aliis matrimonio se iungere: at si tempus omissum sit, & nulla grauior causa interueniat, & sponsus in eadem qua sponsa degat provincia, si puella nolit diutius sua vota eludi, poterit elapso biennio, cui uolet nubere^s. In alia provincia agentem sponsum leges^t triennij spacio expectari uolunt. Verum hæc ipsa temporum intervalla poterunt iudicis arbitrio prorogari, si iusta & necessaria aliqua causa istud fieri suadeat^u. De his hæctenus. Si conditio futura non est, nec extare potest, uel eius naturæ sit, quæ etiãsi expressa non fuisset, tacitè in contractu intelligeretur: ut, Si vixerimus, te mihi uxorem adiungam: hæc^a conditio nuptias non suspendit. At si eius qualitatis sit, ut tacitè nõ intelligatur, & eius existentia prius necessaria sit iure, quàm matrimonium exordium sumat: ut, si duo qui vinculo sanguinis sibi iuncti sunt secundo uel tertio gradu, contrahant inter se de

*s l. 2. de spõ
salibus.
t l. liberu.
C. de repudiis.*

*u l. penult.
de sponsalibus.*

a l. conditiones extrinsecus. l. aliquando. de conditionibus et demonstrata.

nuptiis futuris, hac cōditiōe: Si summus Pontifex nos beneficio suo muniat, & à iuris cancellis & vinculis (quibus matrimonium inter nos est vetitū) liberet, hac conditione stipatus contractus non valet. Quia quū sponsalia viribus destituantur, vbi summi Pontificis beneficium & licentia requiritur: idcirco nec sub hac conditione contrahi^b possunt. Si verò conditionis existentia de iure communi necessaria sit ante matrimoniū initum, vt cū Christianus contrahit cum Iudæa, si Christi mandatis morem gerat, & fide illustretur, siue huiusmodi cōditiōe, promissio nulla^c est. Quia matrimonia suspenduntur tam vi conditionis, quàm ex natura rei, id est, fidei quæ inesse debet, antequā sit matrimonium. Non enim cōtemni debet religionis discrimē, nec rectè facit qui sciens prudēsq; ducit vxorem à pietate abhorrentem, vixq; potest vllam sperare Domini benedictionē, cuius religionem veram pluris non fecit: parūmq; sibi consulit, qui hoc sibi malum accersit, nec confiderat illa incommoda diuersæ inter coniuges religionis, quæ grauitè Tertullianus^d descripsit. extat & elegans Ambrosij epistola 70. ad Vigilium, de vitandis Coniugiis alienigenarū. Certè Tertullianus, & postea tota Synodus Constantinopolitana

b arg. l. inter stipulantis. §. sacrā. de verb. obligat.

c c. caue. c. nō oportet. 28. quæst. 1.

d lib. 2. ad vxorem.

litana, in Trullo indicarunt, non esse legitimum matrimonium, nec esse in Domino contractum, quod à principio dissentientes habuerit in religione coniuges, quanquam nolint dirimi, si postquã contractum fortè supervenerit religionis discrimen, in eaq; tantùm specie loquitur Paulum existimant, ubi non vult dimitti coniugem infidelem, quamdiu maritum non adigit ad impietatis suæ consortium. Verùm si conditio honesta, & quæ fieri potest, voluntatis sit, & eius naturæ ut tacitè contractui insit: ut, Promitto tibi nuptias, si honestè vixeris, pro conditione non habetur, quia nuptias non suspendit: & valent nuptiæ, quia puræ sunt. Quod si tacitè non insit: ut, Tibi matrimonium promitto, si mihi mille coronatos dederis, vel si rex Galliæ Britannos bello vexarit: & coniunctio corporum huiusmodi promissionem sequatur, corporum commixtione & coniunctione sine copula conditionem respicere videntur, & purum ideo existimatur matrimonium^g: at si copula nõdum sequuta sit, conditio matrimonium suspendit, nec potest promittens cogi ante conditionis eventum^h. Altera species conditionum sequitur, quæ inhonesta & præter decorum adici consuevit, & fieri nequit: quæ si cum matrimoniorum iure pu

e epist. i. ad
Corinth. 7.

f l. conditio
nes. de con-
dit. & de-
monst. arg.
l. non rellè.
C. de fideius-
soribus.

g c. per tuas.
de conditio-
nib. apposi-
tis.
h c. super
eodem.

gnet, omnis cōtractus evanescit: vt si quis mulieri promittat, se illam ducturū, si fœtum conceptum veneno extinguat, vel abortum faciat: cuius rei exempla Ciceroⁱ in oratione pro Cluentio in medium adducit. Nam qui illis conditionibus nituntur, grauissimā pœna plecti merentur. Quòd si conditio tantū indecora sit, aut fieri nō possit, nec crimen inferat: vt, Promitto tibi nuptias, si sacra feceris, vel publicè in templo docueris^x, vel iudicis officio, aut consulis, vel prætoris fungaris: hæc enim omnia mulierē non^l decent, & de iure fieri nō possunt, quia ab omnibus ciuilibus officiis fœminæ remotæ sunt. Sic si omnino conditio^m fieri non queat: vt, Si cœlum digito attigeris, iudicandum. Ergo nihil operantur huiusmodi conditionesⁿ, & matrimonium purè censetur, si de vtriusq; consensu appareat. Tertia species conditionum honesta, & quæ fieri nequit existimatur, vt, Si mihi totius orbis imperium consequi possis, vel Monarcham me feceris, tibi matrimonium polliceor: hæc conditio pro non adiecta habetur^o, & nuptiæ puræ censentur. Omnis autem nuptiarū contractus aut inter præsentēs, aut inter absentes fit, videlicet per nuncium, vel per literas^p. Neque in sponsalibus (vt olim) necessaria est stipulatio: sufficit

§ l. Cicero
de pœnis.

k c. noua.
de pœniten
tia & remis
sione.

l l. fœmi
næ. de regu
lis iuris.

m l. impossi
bilium. eo
dem. l. 3. de
condit. &
demonst.

n c. 1. de cō
dit. apposi
tis.

o c. vlt. §.
licet. eodē.

p l. sufficit.
cum seq. de
spons. c. nec
illud. 30. qua
stio. 5. c. ho
noratur. 32.
quæst. 2.

sufficit nudum consensum interfuisse, qui
 buscunque verbis expressus sit. Si tamen
 contrahentes in potestate parentum fue-
 rint, illorum voluntas exigitur iure Ro-
 mano ^q & Pontificio, multorum opinio-
 bus reclamantibus: & eadem ratio iuris ^{salibus. de}
 in tutorum consensu esse videtur ^{spōsalibus.}. Ratio
 enim naturæ exigit, vt consensus paren-
 tum, sub quorū iugo sumus, accedat, cum
 non solū quæ in nuptiis licent seruan-
 da sint, sed etiam honestatis & decori ra-
 tio habenda, etiamsi nuptiæ fieri queant
 sine parentum consensu, quia necessarius
 duntaxat, si exactè omnia scrutemur, viri
 & mulieris consensus ^t. Itaque etiamsi pa-
 rentes consentiant, tamē nihil agitur, nisi
 & contrahentiū consensus interveniat ^{c. vlt. 32. q.}.
 Purum verò matrimonium existimatur,
 cum sine conditione purè & simpliciter,
 absque temporis & conditionis dilatio-
 ne, contrahitur, vt, Tibi matrimoniū pro-
 mitto. Altera diuisio nuptiarum est, qua
 nuptiæ in illicitas & licitas distribuūtur.
 Licitæ sunt, quæ legibus aut Pontificum
 rescriptis vetitæ non sunt, in quibus pri-
 mum requiritur ex iure ciuili, vt contra-
 hentes ciues Romani sint, hoc est, liberi
 homines ^a, licet de iure pontificio ^b id ne-
 cessarium non sit, tum vt iusta & legitima
 ætate sint, masculus 14, fœmina 12 anno-
 rum.

^q l. in spon-
 salibus. de
 spōsalibus.
 r c. nostra-
 tes. 30. qua-
 stio. 5.
^s c. 2. 30.
 quaest. 2.

^t c. sufficit.
 37. quaest. 2.
 c. vlt. 32. q.
 2. c. cū locū.
 de spōsalib.
 u c. vbi non
 est. 30. q. 2.

^a §. 1. de nu-
 ptis. lib. 1.
 Institū.
^b c. 1. de con-
 iug. senior.

e l. 4. de ri-
tu nuptiar.

rum^c fit: tum consensus parentum, vt que
in gradu cognationis permisso iungantur,
vt ex posteriorib. de nuptiis illicitis con-
stabit. Nuptiæ illicitæ sunt, quæ vel natu-
ra, vel lege prohibente & repugnate con-
trahuntur. Quæ in incestas sive nefarias,
& inuitiles subdividuntur. Incestæ sunt ne-
fariæ, quæ contra sanguinis naturam con-
trahuntur: quarum causæ sunt, primùm ratio
sanguinis inter ascēdentes & descenden-
tes, quorum ratio nullis terminis implicata,
nusquã finita, semper extenditur: sive sint
naturales tantùm, sive legitimi^d dūtaxat,
sive spurij, sive ex incesto coitu orti. Altera
causa est consanguinitatis inter collate-
rales proximiores^e. Deinde affinitas pro-
ximior, vt nurus cum socero, vitrici cum
priuigna, mouercæ cū priuigno: tum cum
fratris vxore, vxoris sorore, sororis^f ma-
rito, quibus patrem adoptiuum & filiam
adoptiuam leges adiungunt. Ex huiusmo-
di nuptiis nec maritus dicitur, nec vxor
appellatur, neque dos neque donatio pro-
pter nuptias debetur: neq; liberi procrea-
ti in potestate sunt parentum, cū neque
naturales neque legitimi sunt, sed ex in-
cesto & polluto coitu procreati, ideoque
hæreditate patris indigni^g, nec ex iure ci-
uili^h alimenta eis debentur à patre, iure ta-
menⁱ Pontificio ali debent. Incestas nu-
ptias

d §. inter
eos. de nup-
tiis. l. nuptia
l. vl. de ritu
nuptiar. l. si
adulteriū.
de adulte-
riis.

e l. quine-
tiam. de ri-
tu nupt.

f l. ab ince-
stis. C. de in-
cestis nupti-
is. l. annicu-
lo. de condi-
tione sine
causa.

g §. si ad-
versus. de
nuptiis. lib.
1. Instit.

h authent.
ex cōplexu.

C. de ince-
stis nuptiis.

i c. cūm ha-
beret. de eo

qui duxit
in matrim.

quã per a-
dult. poll.

ptias contrahentis, pœna est spoliatio cinguli, bonorum fisco addictio, & exilium, verberatio, si vilis persona sit, vt cum imperatoribus* rectè Harmenopulus¹ ostendit, nec illæ nuptiæ contractæ soluuntur diuortio, vel aliis modis: quod enim ab initio nullius fuit momenti, tractu temporis conualescere^m non potest. Inuitiles nuptiæ sunt, quæ non natura, sed lege solummodò refragante, celebrâtur: quarum causæ sunt in primis cognatio legib. contracta, vt inter fratrem & sororem adoptiuamⁿ tempore adoptionis. nam nõ solum natura filios facit, verùm etiam adoptio^o, vnde adoptiuos naturalibus præferēdos, suadet Plinius in Panegyrico ad Traianũ, & Adrianus imperator apud Dionẽ Casium: tum consanguinitas^p in secundo, tertio, quarto gradu inter adlaterales: deinde affinitas in secundo, tertio, quarto gradu. In primo genere affinitatis impedit nuptias: in secũdo enim & in tertio genere affinitatis matrimonia permiffa^q sunt. Quod autem diximus de prohibitis matrimoniis, affinitatis ratione sponsi aut sponsæ respectu intelligendum, non sanguinis vinculo iisdem personis iunctorũ^r: tum demũm decori ratio, vt si filia senatoris nuberet histrioni artem ludicram exercenti, inuitiles à Decio & reliquis nuptiæ

k l. incest. C. de incest. nupt. c. quũ secundum. de hæreticis. in 6.

§. sancimus. constit. nouell. 22.

l. li. 4. tit. 6. m l. quod in initio. & l. penul. de regulis iuris. l. 1. de reg. Cantoniã.

n §. sed si qua. de nupt. o l. 1. de adoptionibus.

p c. 1. et c. nõ debet. de consanguin. & affi.

q c. non debet. eodem.

r c. quod si per. eodem.

s l. semper. de ritu nup.
l. semper. in conuent. & l. nō omne. de reg. iuris. t §. masculi. de nupt. u c. raptor. 27. q. 2. cum causa. de raptoribus.
a l. 1. C. de interdictio matrimonii. inter pupillū & tuto.
b l. nemiñe. C. de incestis nupt. l. eū qui duas C. de adult. c l. si quis alumnū. C. de nupt.
d l. qui contra legū. C. de incestis nupt. ca. referēte. qui filij sūt legit.
e l. pupillus in fin. que in fraudem creditorum.

existimantur (quod hodie non obseruatur) quum in coniunctionibus non solum quod licet, sed etiam quod honestum sit animadverti debeat^s. Præterea ætas si masculi ante 14, & fœminæ ante 12 nupsērunt^t. Simili modo raptus virginis vel mulieris, nouell. de rapt. mulierib. quæ rapt. nubunt, 143. & de iure Pontificum, tamen matrimonium potest esse inter eiusmodi personas^u. Item si pupilla tutori vel curatori sive filio eiusdem nupsērit^a. Porro matrimonium iam contractū: qui enim vxoris beneficio iam fultus est, aliam ducere nequit^b. Postremò cognatio spiritalis^c: liberi in huiusmodi nuptiis concepti ab hæreditate patris excluduntur, si data opera, quum offendiculum animadverte- rent, nuptias celebrarint^d. Nam iura la- bentibus, & imprudentia errantibus, ac vigilantibus^e, non calumniis & astutiis hominum ac machinationibus subve- niunt.